ac ad debitum Executionis finem deducendi praemissa omnia tanquam actio propria ad suos et suorum successorum quorumvis (bene placitus) libere et effectualiter convertendi praefati iuris originales ex omni latere in se complectendi praesentibus cessit et transfudit vigore.

M. Succamerarius Sanocen. nomine Zarembow Stawskich Quietat et eisdem Statuct.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Magnificus Andreas de Nowotaniec Stano Succamerarius Terrae Sanocen. sanus mente et corpore existens a Terrae districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse nomine Generosorum Samuelis Nicolai Marianni Constantii Zarembow olim Generosi Alberti Zaremba cum Generosa Anna Ghizicka genitorum filiorum et filiarum quorum rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine Generosos Demianum Franciscum Annam Generosi Alexandri Wysokinski Consortem Petronellam Catharinam virgines Stawskie olim Generosi Georgii Stawski cum olim Generosa Salomea Kowinnicka procreatos filios et filias eorum posteros de Inscriptione Terrestri Praemislien. seu alia quavis per praefatam Generosam olim Salomeam de Bannicze Kowinnicka praefatorum Generosorum Stawskich parentem olim praedicto Generoso Zaremba super summam Quatuor millium florenorum polon. modo simplicis debiti facta et recognita Nec non de ipsa Inscriptione Terrestri Praemislien. super summam praefatam sonante Nec non de intercisa certa inter praedictam olim Generosam Salomeam Stawska ab una et praefatum olim Generosum Albertum Zaremba ratione certarum rerum et conditionum praecipue vero summae praefatae Quatuor millium florenorum polon. de actu et datu eiusdem Premislien. feria tertia post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo septimo proxime praeterito confecta subscripta et Actis Terrestribus Premislien. sub vadio Quatuor millium

florenorum

floren polon roborata Nec non de inscriptione praefata Terrestri Premisliensi Robora-
tionis de praemissis omnibus lationibus tum de Summa ipsa Quatuor millium floren
polon in eadem Inscriptione debitorias tum et contractu supradescripto expressa et
contenta interuenta autem subsequenti facto seu transactione inter eandem Generosam
Zarembina et Generosum Damianum Stawski de actu et dato eiusdem Pre-
misliae feria tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo conscita in Summa Sex millium
floren polon ex ademptione Duorum millium floren polon respectu damnorum
ex causa expulsionis eorundem Successorum Generosi olim Alberti Zaremba et ipsius
praefatae Generosae Annae Stoiczka seu Zarembina matris eorundem de pacifica pos-
sessione bonorum villae Kowinnie perpessorum et passorum perductorum per eundem
Generosum Damianum Stawski aucta et transactione eadem donata atque assecurata
deinde rem per decretum Iudicii Tribunalitii Regni Lublinensis indarnatis praefatae trans-
actioni et Contractui in Summa Sex millium floren polon relatum connexa et copu-
lata per se vero recognoscens nomine eorundem Zarembow matris et filiorum realiter
ab iisdem Stawskie leuata et in bonis suis importata Nec non de Contractu seu trans-
actione eadem eisdem Generosis Stawskie quietat emittit demittit liberosque et ab-
solutos pronunciat Inscriptiones praefatas Interisas et decretum Iudicii Tribunalis
Regni Lublinensis in toto cassat mortificat et annihilat Nihilominus idem Recognoscens
Magnificus Succamerarius Terrae Sanocensis praefatis Generosis Damiano Francisco
Annae Generosi Alexandri Wysokinski Consorti Petronellae atque Catharinae Virginibus
Stawskim filiis et filiabus Se ac suos Successores in et super bonis suis quibusque omni-
bus ac Summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat quod supra-
scriptos Generosos Samuelem et Nicolaum Zarembos (vel in euentum mortis succes-
sores illorum) postquam adoleuerint tum Mariannam Constantiam Virginem post-
quam in matrimonium elocata vel claustrum ingressa fuerit cum assistentia
amicorum vel superiorum illarum ad approbandum per ipsos inscriptionem prae-
sentem quietatoriam vel similem suo interesse faciendam Ad acta quaeuis au-
thentica Regni vim perpetuitatis in se habentia adducere et praesentare ab eisque
ut praemissa exequantur efficere debet sub vadio Sex millium floren polon per prae-
fatum Magnificum Succamerarium Sanocensem eiusque Successores praefatis Stawskie

772

Stawskim fratribus et sororibus sive eorum posteris ob non statutionem supra-
scriptorum Zarembow filiorum et filiarum ad exequenda praemissa toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendo Ad tempus vero statutionis supradicto-
rum Zarembow filiorum et filiarum debebit et tenebitur prout se ac suos suc-
cessores in et super bonis suis quibus omnibus ac summis quibusvis pecuniariis
habitis et habendis inscribit et obligat iis idem recognoscens Magnificum Succa-
merarium Terrae Sanocensis praefatum Generosis Stawskim ipsis et eorum successoribus ra-
tione praemissorum ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcumque personarum
cuiuscumque conditionis status et sexus existentes ex persona praefatorum Zarem-
bow exonerando in omni iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tuen-
do defendendo evincendo intercedendo et libere indemnes cum posteris reddere
Idque sub simili et eiusdem vadio sex millium florenorum polonicorum per praenominatum
Magnificum Succamerarium Terrae Sanocensis sive eius successores suprascriptis
Generosis Stawskim fratribus et sororibus inter se germanis sive eorum posteris
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in
parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis Pro quibus quidem
vadio vel vadiis modo praemisso ita ut praefertur succumbendis ac re aliqua principali
ex praemissis non completa completo complendo Idem existens memoratus recog-
noscens Magnificus Andreas de Zborowice Stano Succamerarius Terrae Sa-
nocensis aut ipsius successores Ad instantiam suprascriptorum Generosorum Da-
miani Francisci Annae Generosi Alexandri Wysokinski consortis Petronellae
atque Catharinae Stawskich filiorum et filiarum Generosi olim Georgii Stawski
cum Generosa Salomea Korunnicka procreatorum fratrum et sororum germanarum
vel eorum successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Terrae recog-
nitionis suprascriptae quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadiaque praetacta luere in-
scriptionique praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac
suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum pe-
remptorium uti et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper pe-
remptorios vere informabiles praeter maiori minorennitatis successionum legationum intra
vel extra Regnum servitiis militaris ad munimenta ad fuit cunctis vel aliis qui-
busvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem

ultra proximus

ultra proximos terminos officii praefati castren. Praemislien. dilationem sibi non reservando, nullasque monores appellationes et exemptiones se monores faciendo. Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis exactionibus suspensionibus fatalibus iuris praesentione, Semestri bello, conventioneque et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensio non subterfugiendo, nec modo quovis evadendo, Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Stacoscij Pincernam Praemislien. Quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus castren. Capitan. Praemislien. Generosi Damianus et Franciscus Stawscy fratres inter se germani, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo, praesenti vero castrensi Capitaneali Praemislien. iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quoad omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando, palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsivi suo pro interesse recognovit, quia Generosum Alexandrum de Plesiewice Fredro Pincernam Terrae Praemislien. eiusque posteros de scripto certo manuali per eundem Generosum Fredro olim Generosae Salomeae de Baranszyce Stawska matri sui recognoscentium, atque praefato Generoso Damiano Stawski ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data eiusdem Praemislien. feria Quinta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo confecto dato manu eiusdem Generosi Fredro subscripto et Actis castren. Praemislien. sub vadio mille florenorum polon. Roborato, Nec non de ipsa inscriptione castren. Praemislien. roboratoria de praemissis latiore quietat amittit et liberum facit, Inscriptionem praefatum Roboratoriam cum scripto eodem in toto cassat mortificat et annihilat, sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

MM. Stanoccie Coniuges et Wysokinscy itidem Coniuges Intercisam inter se Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus castrensibus Capitan. Praemislien. Magnifici Andreas de Zawo[?] Stano[?] Succamerarius Terrae Sanocen. et Theresia